



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

regem pro quibusdam non satis explicitis causis, Ottowanum atque Iordanem: Sed hi regi indixere diem, vi Romanam properaret, non alibi accepturus Imperij coronam. Dum autem appararet, quae Italicae expeditioni necessaria viderentur: neque enim leui manu penetra ve potuit prouincias, & erant, quae in Italia pro statu ecclesiæ recuperando viderentur agenda: in ipso verum apparatu rex ipse defecit, tumulatus in Bamberg. Reliquit autem filium Henricum, cognominatum de Rodenburg, apud quem cum Imperialia insignia seruator tur, ab omnibus illi regnum putabatur deferendum. Sed tum Fridericus Sueus illi prefertur. Tantum vero valuit timor Henrici apud magnates, ut iam regnare Friderico, non securus videretur rex, nisi iste venire tolleretur de medio.

C A P V T X V.

Fridericus eius nominis I. genere Sueus, Conradi regis ex fratre nepos, Friderico patre natus, eo qui Henrico V. sufficiendum multi duebant, regno substitutur a principibus. Hunc Italicis ob contumeliam, quod grauis illis incubuerat, Barbarosam cognominauere. Erat autem annus post mille centum quinquagesima secundus. Numeratur & iste in gente Saxonum, qui uis Sueuam habuerit patriam: nam Ottonum triam sanguis diu inter principes claruit, ut ex illa se simili prodijisse gloriarentur. Primam curiam in sacro Pentecostes festo Mersburgi celebravit: Ibi Zueno atq. Kanutus de corona Danie contendentes, Romanorum regem cause sue arbitrum fecere. Zuenonem ille in regno confirmauit, & Kanutum Magni filium, parte regni deputata, inter duces iussit haberi: Deinde in Herbipoli indixit conuentum: Ibi Henricum Bauariae & Saxoniae

ducem,

A

ducem, Alberto marchioni iterum composuit : Viuebat antiquum in pectore vulnus, amor videlicet Saxoniae in corde Alberti : Sed dupli stemmate Henrici excluditur : Nam & auia eius paterna Magni ducis fuit filia, quomodo & Alberti mater : Insuper Henrici mater erat Lothar iij filia, quae alio iure traxit ad illum Saxoniae du-
catum. Quo tempore idem Henricus grauiter institit Vicelino, ut ferulam pastoralem, hoc est, inuestituram temporalis domini, ab ipso acciperet : Sed vetuere Bre-
menses, regale munus afferentes, inuestiri episcopos ad
formiam inter Calixtum Papam & Henricum V. Impe-
ratorem constitutam. Venit rex in Saxoniam incunabu-
la patrum visurus. Vxorem autem quam tenebat Hen-
ricus, quia ob propinquitatem legitimè habere non po-
terat, interuenientibus apostolicis legatis, cum gratia di-
misit, separatus ab illa per sententiam, quam vocant di-
uinitij. Nec diu superfuit vir sanctissimus Vicelinus, an-
no V. sui pontificatus decebens apud fratres suos in Fal-
dera, hoc est, Nouo monasterio tumulatus. Quo mortuo,
fratres eius se retraxerunt ab vnione Aldenburgensis
episcopatus : quippe qui Bremensi ab antiquo pertine-
rent. Successit illi in episcopatu Geroldus ex ministeria-
libus Henrici ducis. Rex autem Fridericus in Magde-
burgio Pascha celebravit : inde instituens profectionem
primam in Italiam : Iurare fecit principes eandem ex-
peditionem : Nouerat enim tergiuersationes multorum:
Non ignorabat quam difficulter inibant logam & sum-
piuosamperegrinationem : Ideo simplici promissione in-
tantare contentus non erat.

CAPVT XVI.

Annus erat post mille centum quinquagesimus-
quintus, cum rex iter ingressus, magno princi-
pium

